



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Talia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

dum. in aliis autē nō. vt no. lo. Andr. in d. c. vt officium. Dicit tamen Gu. in Spe. quod vetera testamēta poterit cōplere, non tamē noua assumere. Quomodo autem hoc officium prohibeatur clericis, suprà, Clericus. §. 10.

¶ **C L E R I C U S** in sacris cōstitutus, nō potest per principē secularem effici tabellio, quia hoc officium clericis exstētibus in sacris penitus interdicitur, & si ante erat tabellio, nō potest illud exercere officiū in causis secularibus, secun. Pan. in c. sicut ne cler. vel mo. in causis verō ecclesiasticis nō potest etiā exercere: si sit institutus à principe seculari, vt videatur sentire Hosti. & In no. in d. c. sicut. nisi hoc faceret coram Papa, vel eius curia, vt limitat Pa. ibidem, quia Papa admitendo videtur habitare. Si verō sit institutus à Papa vel Episcopo, quoad suā diocesim potest licitē quia propter ordines, vel beneficium, nō debet ecclesiasticum officium interdici. ar. in ca. tua. de deci. el. 2. Pa. limitat in d. c. sicut. extra curiā, quando nō habet cōpetēs beneficium aliter non, cū indistinctē prohibeatur in d. ca. sicut. quia hoc est quoddā genus negotiationis, quæ clericis prohibetur. c. 1. ne cler. vel mo. Si autē sit in sacris, sed non beneficiatus, potest hoc officium exercere, etiā in causis temporalibus, sec. Pa. Imō nō potest ei præci se prohiberi, sed tantū causatiue, scilicet per subtractionē beneficij, vt dicit Io. Andr. Cōcludit tamē Pa. q. hoc officium exercere potest, si nō habet beneficium, quia tunc potest exercere licitam negotiationem. in d. c. 1. Si verō clerici non sint in sacris, sed in minoribus, hoc licet exercere officium, secun. Io. Andr. in d. c. sicut. quod d. An. limitat, nisi sint beneficiati: quā lim. approbat tandem Pan. in d. c. sicut. nisi quis esset insufficienter beneficiatus, quia sic nō dicitur beneficiatus. ar. c. 2. de transf. prel. Et idem Host. tenere videtur. Sil. ibi. idem affirmet. q. 3. §. 3.

¶ **T A B E L L I O** tenetur scire quæ pertinent ad artem suā, aliter si errat imputabitur ei ad peccatū, ad restitutionem patii la. se tenebitur, vt no. Pa. in

c. 1. de fid. inst. Debet esse de legitimo matrimonio procreatus, vt dicit Aug. de Anth. in lib. de potestate Papæ. Debet esse liber, & debet iurare, vt dicit Pa. in d. c. sicut. quod fideliter exequatur officiū suū, q. de his quæ videbit, & audiet, si fuerit requisitus sine diminutione veritatis, & sine cōmixtione falsitatis conficiet instrumentū, & iniuncta sibi secreta celabit, & quod sumpserit cōtractu vsurario, vel in fraudem vsurariū, nō conficiet instrumentū sceleris, & q. tenebit protocolla de oibus instrumentis, quæ conficiet. Vnde requisitus tenetur tria exemplaria facere & actōri dare vnum, alterū reo, & tertium retinere p. protocolla, & q. erit ei fidelis, à quo constituitur, & si scierit damnū eius tractari per se, vel per alium, reuelabit, & quod faciet instrumenta bona fide, remoto odio, amore, &c. & quando rogabitur conficiet instrumenta. Ideo quando contra huiusmodi faciunt, sunt peiuri, & mortaliter peccant. De peccatis eorum. suprà, Notarius. De salario tabellionis. Sil. ibi. q. 6. & quando ad restitutionem teneatur. Sil. ibi. q. 8.

TACTVS.

¶ **T A C T V S** suprà, Impudicitia, per totum, & in verbo per totum, & ver. cogitatio. §. 2.

TALIA.

¶ **T A L I A** suprà, Gabella. & ver. Pedagogium.

TEMERITAS.

¶ **T E M E R I T A S** est audacia in malum. C. de sac. sanct. eccle. l. iubemus. & not. Car. de sum. cri. cle. 1. Vnde ea temerē dicuntur fieri, quæ ratione nō regulātur, sed vel impetu voluntatis, vel passionis, vel ex cōtempnū regulæ dirigentis sunt. Propterea videtur prouenire ex ea radice, quæ refugit subesse regulæ alienæ, & si de materia pernitiosa nō sit, venialis erit, sed si est de perniciofa, mortalis: quia contra Dei vel proximi dilectionē est, & procedit ex defectu consilij ad imprudentiam spectans Thom. secunda secunda. q. 53. a. 2. Temeritas autem sub præcipitatione continetur, quamuis præcipitatio